BIBLIOTECA UNIVER
SALAMANCA

CELSISSIMO. PRINCIPI.

GVILHELMO. NASSAVIO.

CELSISSIMI. ARAVSIONIS.
PRINCIPIS. BELGARVMQVE.
IMPERATORIS. INVICTISSIMI.
FREDERICI. HENRICI. FILIO.
DIVI. GVILHELMI. NEPOTI.
SERENISSIMI. AC. POTENTISSIMI.
BRITANNIAR. REGIS. GENERO.
REGIIQVE. ORDINIS. EQVITI.
EQVITVM. IN. BELGIO. CONFOED.
PRÆFECTO. GENERALI.
FORTITER. GESTORVM. FAMA.
VICTORIARVMQVE. ILLVSTRI.
REGIÆ. VENATIONIS.
INSTAVRATORI.
VENATORVM. PRINCIPI.
VENATIONIS. ROMANÆ.
AVTORES. PRINCIPES.
ET. QVICQVID. A. ME. ACCEDIT.
MEQVE. MEAQVE. OMNIA.
L. M. Q. D. D. D.

GRATII FALISCI
CYNEGETICON,
SIVE
DE VENATIONE
LIBER VNVS.

Cui accedunt

HALIEVTICA.

NOVA ET INTERPOLATA
EDITIO.

GRATII CYNEGETICON.

DOna cano diuûm, lætas venantibus arteis,
Auſpicio, Diana, tuo. priùs omnis in armis
Spes fuit, & nuda ſiluas virtute mouebant
Inconſulti homines, vitaque erat error in omni.
Pòſt alia propiore via, meliuſque profecti
Te ſociam, Ratio, rebus ſumpſere gerendis.
Hinc omne auxilium vitæ, rectuſque reluxit
Ordo: & contiguas didicere ex artibus arteis
Proſerere. hinc demens cecidit violentia retro
Sed primum auſpiciũ deus artibus altaq; circum
Firmamenta dedit. tum parteis quiſque ſecutus
Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem.
Tu trepidam bello vitam, Diana, ferino,
Quà primam quærebat opem, dignata repertis
Protegere auxiliis, orbemque hac ſolvere noxa.
Aſciuere tuo comites ſub nomine diuæ
Centum omnes nemorum, centũ de fontibus, omnes
Naiades, & Latii cultor qui Faunus amœni,
Mænaliuſque puer, domitrix que Idea leonum
Mater, & inculto Siluanus termite gaudens.
His ego præſidibus noſtram defendere ſortem
Contra mille feras, & non ſine carmine niſus,
Carmine & arma dabo venandi, & perſequar artem
Armorum; caſſeſque, plagarumque ordiar aſtus.
Prima jubent tenui naſcentem jungere filo

M. AVRELII OLYMPII NEMESIANI

Poëtæ Carthaginienſis

CYNEGETICON

Sive de Venatione Lib. I.

EIUSDEM DE AUCUPIO FRAGMENTA DUO,

ECLOGÆ IV.

Et ad Eundem,

T. CALPHURNII SICULI

ECLOGÆ VII.

Editio nova & interpolata.

Fl. Vopiſcus, de Numeriano.

Verſu autem talis fuiſse prædicatur, ut & omnes ſui temporis vicerit. Nam & cum NEMESIANO *contendit, qui* ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ, *&* ναυτικὰ *ſcripſit: quique omnibus colonijs (coronis* Caſaub.) *illuſtratus emicuit*, &c. quæ malè ad Nemeſianum referunt alii.

Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus qui vixit ſub Carolo Calvo.

Niſi ut Venatores fera luſtra ſequentes agere auditu & lectione puer ſcholarius in libro qui inſcribitur Kynegeticon Carthaginenſis AVRELII *didici, hac illacque diſcurrendo retrograda etiam veſtigia repetendo, anfractus tuos veſtigando, explicare ſtuderem.* & ſtatim: *Quin potius tuam novam præſumptionem aliens*

Mille vias, triſteſque labores,
Diſcurſiſque citos, ſecuti prœlia ruris,

Et ſincero corde lites domeſticas ſubire compellar.

JANI VLITII

VENATIO NOVANTIQVA,

Sive ad

GRATII ET NEMESIANI

CYNEGETICA

COMMENTARIVS.

Cui accedit ejusdem

VARIARVM LECTIONVM LIBELLVS in omnia Poëmatia quæ hoc compendio continentur.

BIBLIOTECA UNIVERSIT
SALAMAN

PROLEGOMENA,

In quibus de Venationis origine & proceſſu, ac nova hac GRATII *editione diſſertatur.*

CVm plurimum publicæ pariter, ac literariæ rei priſcorum inventorũ renovationes conferre viderent primi bonarum artium reſtitutores, viri doctiſſimi, alii alias edocendas ſibi quiſque ſumpſerunt. Laudandum ſane inſtitutum, quo & antiquitas decori ſuo, & noſtra ad antiquum reformentur: niſi plerique eorum amœnitati magis, quam honeſto ſtuduiſſent; nec quid ſciri profuit, ſed quid potuit, oſtendere. Quin imo plerique intra Urbis pomœria, aliqui non ultra Theatrorum podia, nonnulli & intra privatos parietes ſe continuerunt; quid ibi rerum, bene æquè ac male, geſtum ſit, ſcire contenti. Quorum illi quoque moribus noſtris & peſſimum ſæculo exemplum aperuerunt, qui quam ſumptuoſè olim Romulides & aleam & gulam exercuerint omni impensâ indagarunt: ut ſcilicet & noſtri

IANI VLITII
VARIARUM LECTIONUM
LIBELLVS
IN

GRATII CYNEGETICON,
SOLINI PONTICON, &
HALIEVTICA, Fragmenta;
NEMESIANI CYNEGETICON,
DE AVCVPIO Fragmenta,
NEMESIANI ECLOGAS IV.
CALPVRNII ECLOGAS VII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

PRÆFATIO

SVPER VARIAS IN GRATIO LECTIONES.

PERLATA tandem ad me ſunt, beneficio Eruditiſſimi & Amiciſſimi mihi Iuvenis, cui & alia hæc debet Editio, Thuanæi codicis, vel potius fragmenti excerpta; in quo Gratii Cynegetici aliqua pars, & Halieuticon, ut extat, totum. In Cynegetico autem poſt v. CLIX. reliqui omnes deſiderabantur. Non dubito equidem quin id ipſum ſit exemplar, ex quo paucas variationes in Editione ſua notavit Pythœus, quæ omnes pœne cum meis conſentiunt: quamvis v. CCXXXV. in eodem V.C. aliter legi annotaverit. Fortaſſe enim integriore adhuc libro eopſe, an alio inſuper uſus eſt. Vt ut fuerit, nondum illa me fefellit opinio, qua, cum ad Gratium præfarer, Sannaſariani codicis apographum eſſe conjiciebam. In paucis enim differt; & ea pleraque vel errore, vel pro lubitu exſcriptoris inſerta poſſunt fuiſſe. Ego quidem, nec ea, quæ Pythœus jam excerpſit, nec illa quæ ſive feſtinatione præteriit, ſive faſtidio aſpernatus eſt, ullo modo omittenda cenſui; ſed & nævos & lituras, unde ſæpe veræ lectiones eliciuntur, ad manum librarii repræſentavi, ne quicquam poſt me deſiderari poſſit. Iuvit inſuper hanc curioſitatem meam, roganti que ſuppetias tulit, Vir maximus, & nullo non nomine mihi colendus, Erycius Puteanus, tum libros